



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 126. Montmorentius Connestabilis, & Valentina Ducissa Reginæ exosa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

III.
vac-
aucis
licæ
ter in
partes
tione,
dubia
ncipi-
a sibi
t, li-
deum
imos
evol-
s ar-
enfen-
ufla,
sibi
mum-
ios a
nque
vere
dens
itum
præ-
vul-
ipse-
era-
cipe-
Rege
hic
a ei
dem
essit,

discessit, Vindocini tamen moram adeo Sæcul. XVI.
longam traxit, ut Guisii absentiam illius A.C. 1559.
in rem suam verterent, ac ipse aulam
accedens indignum in modum recipere-
tur; quippe nec quidem pro dignitatis
suæ ratione habitaculum ei assignaba-
tur, atque vix Regis conspectum subi-
ens mox ab eo percipere coactus erat,
quod Regni sui administrationem jam-
jam Avunculis suis Guisii Principibus
commisisset, & quidem Guisio Duci to-
tius exercitus sui Imperium, ac rei bel-
licæ curam tradidisset, Lotharingium
autem Cardinalem ejus fratrem secre-
tioris consilii Ministrum creasset. Insu-
per amoto Cardinale Bertrando Pro-
Cancellarii dignitas Caliverio singu-
laris meriti, raræque probitatis viro rur-
fus conferebatur; nam olim hoc munus
Valentina Ducissa eidem auferri præce-
perat.

§. CXXVI.

*Montmorentius Connestabilis, & Va-
lentina Ducissa Reginæ exosa.*

Cum ergo Connestabilis Montmoren- *La Popelin.*
tius Reginam Matrem cum Guisis ^{l. 5.}
tam arcta amicitia conjunctam cerneret, *Mezerai*
inde plurimum territus suam ruinam fo- *ab reg. chron.*
re proximam haud obscure præsigiebat; *dans la vie de*
quippe omnes illi, qui ei quovis necef- *François II.*
situdinis vinculo juncti erant, ab aula ^{t. 5. p. 8.}

P 5 remo-

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

removebantur, ac præmiis, quæ ipsis
fuerant promissa, frustrati fuerant, quin-
imo eadem severitas in illos quoque ex-
ercebatur, qui se Connestabili obstrictos
jactitabant, his vero artibus Guifio ad
Ambasiam conjurationem, quin eam
tum intenderent, præcipue viam sterne-
bant, prout anno sequenti memorabi-
mus: cum igitur Connestabilis supre-
num copiarum imperium Guifio Duci
collatum cerneret, suam operam haud
amplius utilem fore ratus, suum mu-
nus coram Rege dimisit: verum Rex
ultronea hac cessione nondum conten-
tus eidem, ut etiam aula abiret, Au-
thor exstitit, ac postea eundem compu-
lit, ut Regii Palatii Magisterium Gui-
fio Duci cederet, quin in amissi mune-
ris compensationem Connestabili ampli-
us concederetur, nisi quod Franciscus
ejus filius in Franciæ Marescallum præ-
ter morem nominaretur; tum enim,
cum Marescallorum nullus fatis esset
functus, hæc dignitas non vacabat:
ast hoc favore nequaquam Connestabilis
indignatio sedabatur, quapropter Can-
tilliam ad ædes suas sese recipere statuit.

Sub idem tempus Regina iram suam
adversus Valentinam Ducissam exerere
cæperat; quippe gemmas ex Regio the-
sauro depromptas, quas sibi a Rege do-
natas afferebat, eidem afferri præce-
pit,

pit, illam vero Anetum ad prædium su- Sæcul. XVI.
um, quod non ita pridem plene con- A.C. 1559.
struxerat, exulatum abire jussit: quin-
imo cum illam re ipsa tanquam æmu-
lam suam, quæ Mariti sui cor abstule-
rat, sustinere haud posset, jamjam in
eo erat, ut omnem odii sui rabiem in
eam effunderet: cum autem rerum sua-
rum rationi præteritæ æmulationis fu-
rorem ac præsentis indignationis testifi-
cationem obesse cerneret, iræ suæ tem-
perans Ducissam duntaxat ex aula ex-
cedere voluit: ast illa hoc adversæ for-
tunæ casu adeo non terrebatur, ut eti-
am Reginæ prædium suum *Chenon-* *Chenonceaux*
co dictum, quod inter urbes eidem
ex defuncti Mariti sui bonis reliquias me-
diū tenebat, offerret, quod etiam mu-
nus Regina grataanter acceptans eidem
vicissim Calvimonianam ditionem ad Li-
gerim donabat.

§. CXXVII.

Navarræ Regis adventus ad aulam.

Adhucdum in aula morabantur Navar-
ræ Rex, ac Condæus Princeps,
quos Guisii pariter inde expellere totis
viribus nitebantur, ut ipsi soli pro sum-
mo Imperio Regnum administrare pos-
sent: Navarræ tamen Rex in Gallias
eo tempore advenerat, quo aula in op-
pido S. Germani in Laia habitabat,
Rex